PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 114v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



opusculo sunt inscripta Sed ne prolixitate
operis aliquid legentibus tedii oriatur
uno solo miraculo quod nondum expleto
mense in bethleem peractum est. Perfectus
huic operi finis inerit :~

Die dominico transacto post octauas pen-
tecostes omnibus meis suffraganeis episcopis
et multitudine maxima tam uirorum quam
mulierum in ecclesia in qua quiescit sanc-
tissimum hieronymi cadauer insimul con-
gregatis honore debito et ueneracione
tam debita quam deuota. Primo ego met
sacris indutus uestibus ad locum fouee
in qua corpus uenerandum iacet accedens
terram cepi effodere sepulture quatinus
illud sacratissimum corpus inde ablatum in
tumulo marmoreo mira pulchritu-
dine undique decorato. quod hac de causa
fuerat fabricatum. post modum ponetur
Cumque iam foret fouea uacua cunctis
cernentibus. corpus sanctissimum in medio
fouee tamquam in aera a nulla parte terram tan-
gens permanebat integrum nec corrup-
cione aliqua violatum. Quod inde eleuan-
tes cum odore tam uehementissimo et
suaui quod talem olfactus hominum numquam sen-
sit collocauimus in altari quatenus a po-
pulo reliquie sanctissime uiderentur

quod autem illo